

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Christoph Cellarii erleichterte Lateinische Grammatik

Cellarius, Christoph

Leipzig, 1786

VD18 13013459

Conivgatio Secvnda. Activvm. Indicativvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-15329

Spero, regem *laudatum iri* (i. e. fore ut laudetur) a ciuibus.
Spero, bonas artes *amatum iri* a condiscipulis meis.

PARTICIPIVM.

Vir *laudatus* me tantum laudet.
Virtus *amata* erit tibi lucrum.
Genus *laudatum* splendorem habet.
Pueri a nobis *laudati* recitabunt Psalmos tres latinos.
Puellae a te *laudatae* amant modestiam et verecundiam.
Deus supra omnia est *amandus*.
Virtus est *amanda*, non propter lucrum, sed propter
mandatum Dei.
Beneficium tuum *laudandum* est, propter benignitatem
tuam.
Milites sunt *laudandi*, si amant fortitudinem.

CONIUGATIO SECUNDA,

ACTIVVM.

INDICATIVVS.

Doceo te, qui me *doces*, praceptor autem *docet* vtrumque.
Nos *docemus*, et vos *docetis* eos, qui *docent* omnes.
Prandebam cum eo, quocum tu *prandebas*, et ille nun-
quam *prandebat* sine te.
Nocebamus nemini, et si vos *nocebatis* iis, qui vobis *no-
cebant*.
Docui te melius, quam tu fratrem meum *docuisti*, aut quam
frater meus te *docuit*.
Tacuimus, postquam vos *tacuistis*, et postquam condisci-
puli *tacuerunt*.
Placueram matri, cui tu non *placueras*, quae tamen tibi
placuerat.
Docueramus omnes, quos vos *docueratis*, et qui ipsi nun-
quam *docuerant*.
Videbo te, si praesens eris, ibi et me *videbis*, tamen ab-
sens frater non *videbit* nos.
Non *timebimus* inimicos nostros, ut vos vestros *timebitis*,
nam inimici nos potius *timebunt*.



CONIUNCTIVVS.

Si vis, vt *doceam* fratrem, *doceas* me ante; nisi hoc tibi placet, rogabo praeceptorem, vt me *doceat*.

Caueamus peccata, nam tam vos nihil magis habetis, quod nobiscum *caueatis*, quam alii *caueant*.

Tacerem delicta tua, si tu *taceres* errores fratris tui, et eum rogares, vt in posterum *caueret* errata.

Pater rogauit nos, vt *federemus* apud filium, et vos, vt *maneretis* apud filiam, ne vtrique *timerent* fures.

Dubito, vtrum *timuerim* magis, quam tu *timueris* canem, an canis nos *timuerit*.

Nescio, an fratres *docuerimus*, an vos eos *docueritis*, an ipsi *docuerint* se.

Non *timuisseni* calumnias tuas, si *tacuiisses*, et libenter frater meus *prohibuisset* loquacitatem tuam, si *potuisset*.

Magis *doluisseni* fratrem mortuum, nisi nos *prohibuissetis* et nisi parentes nostri nos *docuissent*, non nimis esse dolendum.

Si *docuero* te, et deinde tu *docueris* fratrem, et frater *docuerit* condiscipulos, laudabimur.

Non dubito, quin *nocuerimus*, aut vos *nocueritis*, aut illi *nocuerint* interdum fructibus in agro.

Imperat. Infin. Gerund. Sup. Part.

Time peccata, imo ea *caueo* omni diligentia. Vos autem *docete*, imo *retinetote* omnes homines, ne peccent; nemini *placento* peccata.

Nolo te *docere*, quia frater meus dixit: te nunquam in schola *tacuisse*, nec sperat vnquam alium quendam *docturum esse* te, quia tacere non potes.

In schola est tempus *tacendi*, discipulus ibi aptus fiat ad *docendum*, quod est vtile; nam *docendo* discimus.

Praeceptor *docens* discipulos *tacentes*, eos semper amabit, et discipulus alios quondam *docturus* in schola taceat.

PASSIVVM.

Ea *doceor* a patre, quae tu *doceris* a praeceptore, et quae soror *docetur* a matre. *Docemur* autem pietatem,

tem, nec vos *arcemini* a docendo, vt improbi *arcentur*.

Tenebar heri cupiditate discendi, cum tu *monebaris* de virtute, et cum a praeceptore *miscebatur* vtilis dulci. Et *docebamur* eadem, quae vos nuper *docebamini* a sacerdote, et quae die solis omnes *docebantur* in templo.

Doctus sum in schola, tu autem *doctus es* in academia, vbi et frater meus *doctus est*: *docti sumus* (*estis, sunt*) a praeceptoribus doctissimis.

Monitus eram, (*eras, erat,*) vt *docerem* (*res, ret*) discipulos novos; simul *moniti eramus*, (*eratis, erant,*) vt iis *commendarem* (*aretis, arent*) modestiam.

Videbor (*beris, bitur*) saepe in schola, et *videbimur* (*imini, buntur*) plures in academia.

Opto, vt *docear* in schola, vt possim etiam *doceri* in academia, et saepius rogavi patrem, vt *docerer* in vtraque; nescio autem, an vos *docti sitis* in alterutra; si vero *docti fuerimus*, spero et fratrem meum *doctum iri*, cet.

CONIVGATIO TERTIA ET QUARTA.

Si mane *lego* (*is, cet.*) Grammaticam, vesperi eam explicantem *audio* (*is, cet.*) praeceptorem.

Non solum multa *legebam* (*as, cet.*) ante hunc annum, sed etiam *audiebam*, (*as, cet.*)

Nunc *surrexi*, (*xisti, cet.*) postquam *edormiui*, (*visti, cet.*)

Nondum *legeram* (*ras, cet.*) hiltoriam Romanam, licet eam iam *audiuissem* (*visses, cet.*) a praeceptore.

Sed iam *audiueram* (*veras, cet.*) de sacris litteris, licet eas non legissem.

Qui ex vobis *leget* et *audiet* bonos libros, attente eos *legat* et *audiat*.

Legebantur heri sacrae litterae, licet non *audirem* (*diras, cet.*) eas.

Si *lecti fuissent* a te vtilis libri, non *fastidiuisses* philosophiam. *Credor* tibi munire viam ad eruditionem.

Rogabo, vt *audiaris* a condiscipulis nostris, et *inscribaris* in librum diligentium.

Heri